



Index Dissertationum hoc volumine contentarum.

- 1. M. Joh. Conradi Doct. Manni de Salamone a seph. cismo videt. Viteb. 1710.
- 2. Joh. Anstaji de ys. que fuerunt in arca f. b. edens.
- 3. Afart. Zipleny de Navigio Salomoneo. Viteb. 1684.
- 4. Joh. Christoph. Wichmann Jansenij de Navigatione Josphica. Viteb. 1709.
- 5. Joh. Helvic. Willemeri de Pallio Chia. Vit. 1679.
- 6. Joh. Hageni de abornij ando Atobi Sa in f. c. i. Vit. 1715
- 7. Joh. Christoph. Wichmann Jansenij Regat. Cutsorum. ex 2. Reg. Viteb. 1707.
- 8. Joh. Theod. Kephmann de Harologio Aggad. Vit. 1710.
- 9. Christoph. Oxarundavdt de Hieropantus Judaorum. Reg. XIII. 5. Vit. 1680.
- 10. Joh. Christoph. Wichmann Jansenij de Regim. d. ed. in infir. Viteb. 1713
- 11. Joh. Ad. Mullen de stae Regis Jompa f. b. h. Vit. 1710.
- 12. Joh. Helvic. Willemeri de Chia HYMATOYPIQLI. Vit. 1679.
- 13. Joh. G. Luthofr. Camentij Aqueductus Hispania. Vit. 1714.
- 14. Joh. Jnd. Wichmann Jansenij de Maledictioibus diei. Vit. 1712
- 15. Eiusdem inde de Maledict. Jsi professor. 1712
- 16. Andrea Lennerti de Voco Jobi cap. XII. 25. 1699. Vit. 1709.
- 17. Joh. Prib. Bajen de demot. et veniat. 2. Joh. 4. Al. Altrap. 1708.
- 18. Joh. Overt. Annadversionis Baltic. Ent. 1. Decuria I. 5
- 19. Eiusdem Decuria 2 et 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Francfort. La Alca. 1688.
- 20. Joh. Wellen Psalmi primi expositio. Vit. 1659.
- 21. Joh. Helvic. Willemeri de Culum filij ex P. 2. Vit. 1678.
- 22. Eiusdem altera de Culum filij. Vit. 1678.
- 23. Alric. Poccij Jussus non Serchictus. ex P. 37. 625. Viteb. 1674.
- 24. Joh. Helvic. Willemeri: Deus optima portio. Viteb. 1679.
- 25. And. Lennerti de תהויה sic Jictis. Chaeorum. Vit. 1680.
- 26. Mich. Poccij: Ornamentum Jesti ex P. CXVIII. 27. Viteb. 1677.
- 27. David. Wendessen quatuor abdo. n. s. ta ex Prover. 30. 18. 19. Vit. 1670.
- 28. Anton. Juntteni arigmatica Anectatis y morbis Jelenisti. Vit. 1670.
- 29. M. Jacob. de Pence obsen. Palologia ad Cap. III. et IV. Antic. Vit. 1670.
- 30. Augusti Pfeissen Dubiorum Select. ex Decuria 2. Vit. 1670.



32. Joh. Bridgoad. Fischeri de Ornatu mulierum prior. ad Ioh. ^{ap. III. 16. 17. 18. 1709.}
33. G. Daxen. de sup. Mulier. posterior. ^{Videa Eisen.}
34. Joh. Christoph. Widmannhausen de via et tremore calice. 1714
35. Joh. Henrich Beses aliquot ad Bai. ap. LIII. Vir. 1679.
37. F. Joh. Henric Deutschedarm. Mithra & vulneratus. 1699.
38. Arab. Calory de Helenolatia. Dec. VII. 18. 17. 17. 17. 17.
39. F.rael. August. Jarmann. de docto. ^{consolatione} ex Dec. XII. 17.
40. And. Löffler. Jus Equi in Altum. ^{ex Dec. XVIII. 1. 6.} Vir. 1695.
41. Heod. Lassovij de Rabbiniis Philologus ^{anallant} Vir. 1674
42. Henric. Kilehni. Matthaei de WU prior et posterior.
44. Glam. Deyling de fletu super Hammuz. Geod. VIII. 14. 1704.
45. Joh. Ad. Maria. Jattar. Nabudodonos. Vir. 1675. ex Geod. XXI. 20.
46. J. Camerki. de nar. Vir. 1675. XXII. 1. 5. 6.
47. Georg. Albert. Antingy de dubiosa Vir. 1675. XXII. 1. 5. 6.
48. J. Georg. Dittelmajen de Vita Vir. 1675. XXII. 1. 5. 6.
49. F. Sebaf. Jarmannien de metamorph. Nabudodonos.
51. Ingham. Hentzel. de Metamorph. Nabudodonos.
52. J. J. Liebentantz de Indigose manus scriptum in aula Dabyl.
53. Jacob. de Pence. Opus de Scharzartabla script. illustr. Vir. 1669.
54. Joh. Wilbel. Hiltzer. Cyto. Graphian. ex Vir. 1669. Vir. 1669.
55. Joh. Jarmann. de Pane. Vir. 1669. Vir. 1669.
56. J. Jarmann. de Pane. Vir. 1669. Vir. 1669.
57. Arab. Calory de Anochis. Vir. 1669. Vir. 1669.
58. J. Jarmann. de Pane. Vir. 1669. Vir. 1669.
59. M. Mart. Jippeny. Iona. Diaphus. Vir. 1669. Vir. 1669.
60. M. J. Jarmann. de Pane. Vir. 1669. Vir. 1669.
61. M. J. Jarmann. de Pane. Vir. 1669. Vir. 1669.
62. M. J. Jarmann. de Pane. Vir. 1669. Vir. 1669.
63. M. J. Jarmann. de Pane. Vir. 1669. Vir. 1669.
64. Joh. Bridgoad. Fischeri de Ornatu mulierum prior. ad Ioh. Vir. 1669.
65. And. Wemmeri. Septenarius. Vir. 1669. Vir. 1669.
66. Caspar. König. de Vita. Vir. 1669. Vir. 1669.
67. August. Jarmann. de Pane. Vir. 1669. Vir. 1669.
68. J. Jarmann. de Pane. Vir. 1669. Vir. 1669.

IN LIBROS REGVM.

1677

69. And. Lemert. Theses Philolog. resp. M. Georg. Schwarze Viteb. 1709.
 70. Joh. Christoph. Wichmann Jun. ^{Propositiones Philologicae} Viteb. 1709.
 71. Eiusdem ^{Propositi non e Philolog. resp. n. Danz. Doctus} Viteb. 1713.
 72. Eiusdem Philologemata octo Selectiora. Viteb. 1719.

83. M. Jos. Andr. Danz de Judaeo proprio iugulari gladio
 Ed. Pet. Cap. III. Viteb. 1679.

87. + ex Resp. III. 4. 5. Responsores eor. Georg. Frankfurtae Germaniae
^{notio Hungarus.}

88. Prof. eor. M. Georg. Frid. Meinhardt Viteb. 1682.

92. + ex Item. XXV. 26 et XI. 41. Viteb. 1703.

93. Eiusdem de eodem arg. Viteb. 1704.

94. Praes. eor. Joh. Christoph. Wichmann Jun. Viteb. 1714.

95. M. Sebast. Kirckmayer de Hieronymo Nabudo
 posuit ex Danieli W. Viteb. 1654.

96. + Praes. M. Jos. Wilhelmus Hilliger Viteb. 1671.

97. + ex Danieli W. Viteb. 1661.

98. + Viteb. 1708. resp. Fam. Inst. Loescheri.

101. + qui Joann. Vatem deglutivit. resp. M. D. Dithel. Kirckma
 iero. Viteb. 1705.

102. + Cap. III. 13. Viteb. 1712.

103. + ex Zadar XII. 11. resp. M. Theod. Sabron s. Viteb. 1709.

104. + Praes. de M. Conrad. Sam. Schurzfleischer. Viteb. 1664.
 + resp. M. Heinrich Pladecius

2
12
J

Q. D. B. V. No a) 1.

**SALOMONEM
A SCEPTICISMO
VINDICATVM,**

AVSPICIIIS

RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI,
FRIDERICI AVGVSTI,

SERENISSIMI PRINCIPIS REGII SAX. HERED.

DISSERTATIONE PRIORE

PRAESES

M. IO. CONRAD BOECKMANN,
MAGDEBVRGENSIS,

ET

RESPONDENS

IOANNES PETRVS VOGT,

HILDBVRGHVSA - FRANCVS,

D. V. APRIL. M D C C X.

H. L. Q. C.

AD BENEVOLAM GENSVRAM OFFERVNT.

VITTEMBERGAE,

LITERIS CHRISTIANI GERDESIL

MEMORIAM
A SCRIPTICIS
VINDICATAM

AVSTRIAE
RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI
FRIDERICI AVGVSTI
SERENISSIMI PRINCIPIS REGNI SAE HERED.
DISSERTATIONE PRIORIS

PRAESES
M. IO. CONDITIVOTKMANN
MAGDEBURGENSIS

ET
RESPONDENS
IOANNES PETRVS VOGT,
HILDBRUGHVSA-FRANCOVS

D. N. APRIL. MDCCLX.
H. L. O. C.
AD PRINCEPSAM CENSURAM ORATIONE

VITTEMBERGA.
HISTORIS CHRISTIANI CERESII



§. I.



Um multi omnino sint, qui magno conatu quaeuis recte facta in dubium uocare peruertereque soleant; tum *Observator Halensis* cum primis ad hanc *κατηγορίαν* referri meretur, qui uariis in locis optima quaeque multis, utut imbecillibus, argumentis, impugnare consuevit. Etenim, ut non repetam, quae ab aliis summis clarissimisque uiris orbi erudito exposita fuere, quam impium est, ex *Salomone*, Rege post omnem hominum memoriam sapientissimo, facere Scepticum? Sane sic statuit, sic iudicat peculiari Autor observatione, qua quaeritur: *An Salomo fuerit Scepticus?* Ad cuius quaestionis pertractationem antequam sese conuertit, eos iuxta Latinorum prouerbium *Tellenas* conduplicare tricas putat, antiquorum Hebraeorum antistites, Patriarchas uidelicet, Ducesque et iudices, imo etiam Reges, Pontifices aliosque ad Philosophorum Dogmaticorum censum qui reuocant. Ipse, quia fas est dicere quod sentit, non potest non aperto ore

Obf. XIII.
Tom. VIII.

4 SALOMO A SCEPTICISMO VINDICATVS.

c. 1 §. III,
P. 33^r.

confiteri, se eos omnes habere pro Ephecticis. Atque hoc magis causam *Observator* suam colorare studet, ad *Jobum* lectorem dum remittit, huncque nihil aliud quam cum Scepticis dicere uoluisse scribit; NIHIL

cap. XXIII,
12 - 28.

SCIRI. Verum enim uero, praeterquam quod haec ita comparata sint, ut Scripturae ditiniori, et testimoniis DIODORI SICULI, STRABONIS, PLINII, FL. IOSEPHI, IVSTINI, GELLII, EVSEBII, HORNII, aliorumque, ac scopo totius capitis, ad quod prouocatur, repugnent, atque ipse *Observator* quosdam ex Hebraeorum praefulibus fuisse,

c. 1 §. II,
P. 33^o.

Philosophiae qui litauerint, et eius mysteria successu temporis indagauerint, recte et merito non prorsus abnuat, nolumus hac uice in ea omnia operosius inquirere, et animi nostri sensa iusto uberius diducere. Neque enim mihi haec ab Eodem alium in finem disputata esse uidentur, quam ut, praemisso accessu, eo commodius sententiam postea de *Salomone* ferre possit. Hunc igitur a Scepticismo uindicaturis duabus rem placet includere disputationibus, sic ut in hac de Scepticismo generatim, in altera uero de Scepticismo Regi *Salomoni* temerario ausu imputato sigillatim agatur.

§. II.

Scepticismi uox unde descendat? diu quaerendum esse non arbitror. Dicuntur quippe, ut in uulgo notum est, Sceptici ἀπό τῆ σκέπτης, h. e. considerare, ambigere. Quemadmodum uero sectae quaedam nomen suum sortitae sunt uel a locis, in quibus alter alterum docuit, uel a ciuitatibus, quibus sectarum

ctarum Principes nati et in lucem editi sunt, uel a to-
 ta regione, uel etiam ab Auctore, ignominia, uel deni-
 que ab euentu aliquo et reliqua; ita Scepticorum no-
 minis origo ad postremam classsem, nostro quidem
 iudicio, referenda esse uidetur. His enim, qui eidem
 sectae, si ita illam appellare uelis, adhaeserunt olim,
 proprium ac familiare fuit *σκέπτεσθαι αὐτοὺς καὶ μηδέποτε ἐν-
 γίσκων.*

§. III.

Omnis autem Scepticismus initio haudquaquam
 confundi debet cum moderata *σκέψει*, quippe quam
 uerae sapientiae characterem esse quiuis recte senti-
 ens facile largietur. Nec uero putandum est, eundem
 Scepticismum cum *ἀπορία* Philosophica conuenire, ubi
 quis, quando rationes deficiunt, resque ipsae non adeo
 euidentibus sunt, iudicium suum tamdiu suspendit, do-
 nec in rerum naturam, et, ut ita quodammodo lo-
 quar, perplexitatem inquirens ad expetitaue ueritatis
 cognitionem perueniat. Sed cum primis hic noster,
 de quo disputatur, in uniuersalem, qui omnia omni-
 no in dubium uocat, adeoque ipsa fundamenta, qui-
 bus omnis sapientia superstruitur, euertit, et parti-
 cularem, qui quasdam tantum ueritates impugnat,
 dispesci solet. Ille an serio a quoquam defensius, mul-
 ti dubitant, hic uero uel circa Theologica, uel circa
 Philosophica uersatur. Ac cum obiecta Theologica
 uaria sint, Scepticismus alius Exegeticus, alius Dog-
 maticus, alius denique Practicus datur. De quibus
 studio et data opera quondam egit contra D. *Phil. Jac. Spenerum*
 DD. AVGVSTVS PFEIFFERVS

Vid. JO PA-
 SCHIUS
 atr. Phil.
 th. IIX, §. 4.

Vid. Pl. Re-
 ver. Dn. M.
 BARTHOL-
 LOMHAV-
 CKIUS disp.
 de ἀπορία
 Philos.

Scept. Spe-
 ner. Tripar-
 tit.

ἄν ἐν ἀγίοις. In Philosophicis quoque Scepticismus eadem de causa nunc Physicarum rerum certitudinem labefactat, nunc, quae spectant Moralia, inuadit. Jam illud praeteriri non debet, sed meminisse expedit, sermonem scilicet nobis in hac aequae ac altera disputatione, praeunte ita *Observatore*, de Scepticismo non Theologico, sed Philosophico futurum.

§. IV.

Vocatur alias institutio I. *ζητητικὴ*, ἀπὸ τῆς *ζητῆν*, quia Sceptici olim semper quaerebant, nihil uero stituebant. II. *ἀπορητικὴ*, ἀπὸ τῆς *ἀπορεῖν*, quod perpetuo dubitabant, nec facile unquam decernebant. III. *ἰσχυρικὴ*, iudice SVIDA, παρὰ τὸ ἐπέχεν περὶ τῶν πραγμάτων, ἢ δογματίζειν αὐτὰ ἀκατάληπτα. IV. *Pyrrhonia*, a Magistro, quod uno in loco eodemque fere segmento bis inculcat LAERTIVS, sic ut suspicio sit ISAACO CASAVBONO, haec uerba Πύρρώνειοι ἀπὸ Πύρρώνος omnino abundare, quoniam Autor paulo ante dixerat: Πύρρώνειοι μὲν ἀπὸ τῆς διδασκαλίου. Nec obscure iam §. 2. insinuauimus, quod sectae quaedam nomen quoque suum ab Autoribus acceperint, quo eo facilius posthac ab aliis distinguerentur. Equidem me non fugit, esse hac nostra aetate, qui eiusmodi nomina discretiua aboleri cupiant, sed qui hunc reformandi pruritus damnarent, ad hoc usque tempus semper inuenti sunt. Praeterea moneo, iis me omnibus non contradicere, qui Scepticismum hodie suo modo V. *Indifferentissimum* et *Libertinissimum* appellari posse contendunt.

Vid. HENR. STEPHANI Thef. Ling. Graec. et Lexicon VII. AVCTORVM Basileense etc.

Vid. Celeberr. D. Lic. GENIENCK. Comp. err. Piet. p. 28, 29.

§. V. Au-

§. V.

Autor Scepticisimi primus recte esse dicitur Diabolus, generis humani hostis infensissimus. Considerat Numen benignissimum hominem ad imaginem suam, ratione animae in conformitate intellectus humani cum DEI scientia ac sapientia, uoluntatis cum Eiusdem sanctitate et libertate, appetitus sensitui cum Ipsius castitate, puritate atque *ἀνταρμετῆ;* et ratione corporis animati in conformitate cum DEI impassibilitate et immortalitate consistentem. At malus ille Spiritus inuidens hanc toti hominum generi felicitatem astute rem et callide gerebat, usque dum e statu suo Protoplastos deiecisset. Atque quod eidem per impulsione[m] internam aequae ac uiolenti- am extrinsecam efficere non dabatur, id per meram suasionem moralem obtinere tentabat. Quomodo, quoue pacto eheu! accidebat, ut ad dubitationem de Ipsius DEI uerbis parentes nostros abduceret. Uti- nam igitur sibi *Observerator* temperasset, et *Salomoni* Scepticisimi maculam inurere superfedisset!

Gen. III.

§. VI.

Et quanquem postea multi a Cacoadaemone se- ducti Scepticisimo indulserint; cum Eodem tamen *Observeratore* me facere non posse, qui Patriarchas aliosque Scepticos fuisse affirmem, iam sub initium huius qualiscunque meditationis sum confessus. Neque uero aliis SENECA, et, quem quodammodo aequae ac *Franciscum Mothacum Vayerium* Tr. de la vertu des payens se- quitur *Observerator*, DIOGENES LAERTIVS, si- quidem ei est adiungendus, probantur, quod HO-
ME-

§. XII. p. 348.

MERVM, et VII. Graeciae SAPIENTES ut Scepticorum principes adducant. SOCRATEM, quam tamen litem nostram non facimus, alii primum Scepticorum Ducem fuisse negant, alii uero cum CL. V. THOMA ALDOBRANDINO affirmant, adeo ut hic *Socrati* PLATONEM iungat. Dixerat quidem *Laërtius*, ARCESILAVM primum in utramque differere partem aggressum esse; sed primum uocari iudicat modo laudarus ALDOBRANDINVS, quia clarius et apertius, quam *Plato*, et *Socrates*, id professus est, quippe qui uel impudentiae crimine reprehensus sit, quod contra omnia dicere profiteretur; huiusque rei testem citat AVGVSTINVM lib. III. contra Academicos, ubi Doctor ille monet, quod *Carneades* primo illam uelut calumniandi impudentiam, qua uidebat, *Arcesilam* non mediocriter infamatum, deposuerit, ne contra omnia uelle dicere quasi ostentationis causa uideretur.

§. VII.

Veterem autem quaestionem, et a multis scriptoribus Graecis tractatam, an quid, et quantum inter Pyrrhonios et Academicos Philosophos intersit, quidam dixerunt. Videbant namque, utrosque Scepticorum, Ephecticorum, et Aporeticorum titulo insigniri. Nec scientiam nostram fugit, esse, qui tantam sectae Pyrrhoniae similitudinem cum media, siue secunda Academica, ut difficile sit, discrimen uidere ullum, facile concedunt. At uero nihilominus SEXTVS EMPIRICVS hoc sese reperisse discrimen putat, quod *Arcesilas* dixerit, ἐποχὴν esse bonam, assensionem malam,

not. ad La-
ert. lib. IV,
p. 244.

l. c. Segm.
28.

Vid. AULI
GELLII
Noct. Att.
cum Com-
mentar.
et Recens.
ANT. THY-
SII et IAC.
OISELII L.
XI, cap. V.

lam, idque secundum naturam, *Pyrrho* autem censeret, haec ita esse *κατὰ φύσιν, ἀλλὰ κατὰ τὸ φαινόμενον*. Aliud tamen et manifestius huic subiungendum sibi sumfit uir in historia Philosophica uersatissimus, GERARDVS IOANNES VOSSIVS, quando addidit, quod Academici dicerent, illud se comprehendere, quod nihil posset comprehendere, illud decernerent, quod nihil posset decerni: *Pyrrhonii* uero ne illud quidem comprehendere dicerent, neque illud decernerent, quod aiebant. A quibus ea, quae ipsius Continuator solertissimus, IOANNES IACOBVS a RYSSSEL adfert, non abluant. Placet his adhuc addere, quae sigillatim de *Arcefila* CICERO tradit. Dicit quippe, quod ille negaret esse quidquam, quod sciri posset, ne illud ipsum quidem, quod Socrates sibi reliquisset; sic omnia late censeret in occulto; neque esse quidquam, quod decerni aut intelligi possit: quibus de causis nihil oportere neque profiteri, neque affirmare quenquam, neque assertione approbare: cohibereque semper, et ab omni lapsu continere temeritatem: quae tum esset insignis, cum aut falsa aut incognita res approbaretur: neque hac quidquam esse turpius, quam cognitioni et perceptioni assensionem approbationemque praecurrere. Huic rationi, idem ille TULLIVS pergit, quod erat consentaneum, faciebat, ut contra omnium sententias dies iam plerosque diceret: ut, cum in eadem reparia contrariis in partibus momenta rationum inuenirentur, facilius ab utraque parte assertio sustineretur. Recentissime in hac nostra Academia Maxime Reu. DD. IO. BAPTISTA ROESCHELIVS docet, institutiones

B

illo-

de Sect. Phi.
loff. cap. XX.
§ VIII, p. III.
Vid. GE-
ORG HOR-
NIVS Hist.
Phil. lib. III,
cap. XIII,
XX, edit.
Lugd. Ba-
tav. 1655.
ABRAH.
GRAVII
Specim.
Philos. vet.
lib. I, cap. IV.
Supplem.
Cap. XIII, p.
213.
Academ.
Quaest. lib. I.
n. 45, lib. B.
p. m. 14.

illorum diffensisse primum in eo, quod Academia Me-
dia, auctore *Arcefilao*, statueret, *επιουον* esse bonam, af-
 sensum uero malum secundum naturam, Sceptici ue-
 ro id admitterent tantum secundum id quod apparet,
 deinde, quod Academici omne de rebus uerum tolle-
 rent, at Sceptici ueritatem rei seu naturae intimae non,
 negarent, sed haerent solum circa ueritatem appa-
 rentiae; tertio, quod illi duo illa decernerent, hi ne haec,
 quidem. Non itaque non quemlibet studio partium
 haud abreptum offendere potest impia et detestanda
 §. XIII. p. 352. *Observatoris* uox, ubi dicit, Pyrrhonorum hypothesi-
 bus nihil sapientius, nihil deuotius, nihil melius inuen-
 niri posse.

§. VIII.

Vid. LAER-
 TIVS de Vi-
 tis Philoff.
 lib. IV. segm.
 59. seq. p. m.
 261, seq. cum
 not. lib. IX.
 Segm. 61,
 seqq. p. m. 580
 seqq.
 D. I. F. BVD.
 DE VS Hi-
 stor. Philoff.
 cap. IV. §. 18.
 p. 49. cap. I.
 §. 13, p. 8. Tom
 I. Instit. Phi-
 los. Eccl. et.
 I. I. a R Y S-
 SEL. Contin.
 et Supplem.
 lib. Voff. de
 Sect. Phi-
 Ea tamen, quae *Arcefilae*, vulgo tribuitur senten-
 tia *Lacydi* Cyrenaeo, *Telocli* et *Euandro* Phocensibus, et
Hegesino Pergameno. *Pyrrhonis* autem discipuli et se-
 ctatores fuisse dicuntur praeter ceteros *Hecataeus* Abde-
rites, *Nausiphanes* Teius, *Numenius*, *Eurylochus*, *Philo-*
 illorum numerus, qui postea Scepticismo uel aperte
 adhaeserunt, uel fauere uisi sunt, ab his augetur, ab il-
 lis imminuitur. A nobis hac uice non omnes quidem,
 at praecipui in medium adferentur adducunturque. In
 his autem principem haud dubie occupat locum *Sextus*
Empiricus, qui Scepticorum causam in se suscepit libris
aduersus Mathematicos et Hypotyposew. *Luciani* autem post
 illum famosissimi omnino iniicienda est mentio, tum
 quod *librum contra Dogmaticos* conscripsit, tum quod
 in eiusdem praefatione se Scepticum professus est. Tum
 quoque

quoque *Henrico Cornelio Agrippae* haud raro suos illos inter assignatur locus, siquidem de *incertitudine et uanitate scientiarum* librum in lucem emisit. *Franciscum Piratae Mirandulanum* uel hac de causa nominandum esse Auctores censent, quia ei uisum est, *examen uanitatis doctrinae gentium* edere, sic ut fere totus sit in recensendis Pyrrhiorum opinionibus uariis, generalibus epochis modis, aut potius in iisdem illis ex *Sexto Empirico* transcribendis consumatur, languide uero et remisse Scepticos oppugnet. Te insuper, te, inquam, *Francisco Sanchez*, nunquam DANIEL HARTNACCVS, uir eruditissimus, confutasset, nisi librum istum publici iuris fecisses, cuius inscriptio haec est: De multum nobili et primum uniuersali scientia, quod nihil scitur. De *Francisco Mothaeo Vayerio*, Gallo, *Observatori* carissimo, quam quis maxime, adeo ut eundem uirum σοφώτατον appellare non dubitauerit, facile inter omnes constat, quod Tom. XIII. Opp. aliquot Problemata Sceptica habeat, et Tom. XV. utilitatem huius Philosophiae latius et ex professo commendat, in primisque libro, qui *la Prose Chagrine* uocatur, contra Dogmaticos disputet. Hac nostra aetate id unum restare arbitratus est *Observator*, ut prae aliis ipse surgeret, et Scepticam Philosophiam in caelum laudibus efferret, atque prolixa isthac Scepticismi commendatione a bonis sese omnibus distingueret, praedictisque uiris iusto propius iungeret.

§. IX.

Sed de *Renato Cartesio*, gente Gallo, quid dicemus? Existinabimusne iure ei optimo locum Scepticos inter

1off. cap. XIII
§. 3, 4, P. 214.
Summe Rtv.
DD. H. A.
ENGELKE-
NIVS de
Scept. Ort. et
Progr. Sect.
II, y. 8. seqq.
Excell. D.
Prof. I. A.
PLANE-
RVS Parad.
Logg. parad.
VII.

c. I. §. XII,
P. 348.

assignari posse? An uero illorum eum numero excludi patiemur? Profecto *Antonius le Grand* cum aliis excusare eum pariter ac defendere pro se quisque annuntur. Quid *DAN. GEORG. MORHOEVIUS*, uir doctissimus et in omni disciplinarum genere uersatissimus de eiusdem dubitatione sentiat, ipsius, quae producunt, uerba docebunt. Non tamen, inquit, referendi sunt ad hanc, (Scepticorum) classem, qui ideo de rebus dubitant, ut, scientiam sibi forment ueram et solidam, quemadmodum fecit *Cartesius*, cuius hoc principium est, de omnibus rebus aliquando dubitandum esse. Nam qui ideo, Scepticum illum facere uolunt, iniurii in ipsum sunt: nihil enim ille magis quaerit, quam demonstrationis, euidenciam. Cum quo, si rem ipsam spectes, omnino consentit *IO. IAC. a RYSSEL*, qui existimat, quod mediam inter Platonismum et Scepticismum quandam sectam instituisse credatur.

Polyhist.
Tom. II, lib.
I, cap. VI,
No. 1, p. 29

c. I. cap. X,
§. 9. p. 202.

§. X.

Aliter autem omnino sentirent, siquidem eos audire uellemus, censuras in *Cartesium* qui strinxerunt, et acriter contra eundem disputarunt. Fuerunt tamen alii, qui iudicium de *Cartesiana* dubitatione suum publice extare uoluerunt. In Academia Kiloniensi *GEORG. PASCHIVS*, Professor Publicus, ubi de *praecipuis Scepticorum hypothesis* agit, non ueretur dicere, in rebus eum naturalibus uiam ad Scepticismum muniuisse. Ita namque uiro eruditissimo placet differere: E recentioribus imitantur Scepticos Cartesiani, ita tamen, ut

1 c. §. IX,
P. 13, 19.

ut hi ulterius progrediantur atque illi (*Sceptici.*) - „
 At Cartesiani non dubitant solum, an id, quod sensibus „
 apparet, sit tale, quale apparet, dulce uel album; sed „
 ambigunt praeterea, num quid sentiant? Rationem „
 huius positionis suae hanc reddunt: In somno enim „
 uidemur uidere e. g. mensae asidere, toga uestiri etc. „
 cum tamen reuera non uideamus, quia in quiete ces- „
 sant sensuum operationes. Verum quis tam coecus „
 est, quin uideat, ridiculam esse hanc argumentatio- „
 nem? Certe nemo sanae mentis persistit in ista phan- „
 tasia, qua uisus sibi est dormiens aliquid uidisse: ad- „
 uertit idem potius et cognoscit simul ac expergisci- „
 tur, se in somno deceptum esse. Ex quibus apparet „
 Cartesium, licet ad debellandum Scepticismum suam „
 ex instituto adornauerit Philosophiam, dum sensibus „
 fidem abrogat (Conf. *Principiorum ejus Part. I. Art. IV.*) „
 cenferi posse tale quid admisisse, quod minimum in „
 rebus naturalibus munire ad Scepticismum uiam „
 queat. Quale de ipso *Cartesio* iudicium iam ante eum „
 Cl. DD. IO. FRANCISC. BVDDEVS cum orbe „
 erudito communicauit loco mox a nobis citando.

§. XI.

Hactenus tamen nondum plene uisi sumus men-
 tem nostram exposuisse, dixisseque, de *Cartesio* dubita-
 tione quid nosmet ipsi iudicemus. Proinde cum B. Dissert. prae-
 NATHANAELE FALCKIO, Viro longiore lim. de Dae-
 uita dignissimo, qui posteriores *Cartesii* cogitationes monolog.
 meliores fuisse prioribus censet, nos facere confi- Auditorum
 temur. §. 14, 17, 18.

temur. Monemus autem porro cum eodem, nobis, praeterquam quod id male quenquam habere possit, quod toties monitus aliam instituisse uiam detre-
ctauerit, de ipsa Philosophi Methodo id incommodi metuendum esse, ne ad Scepticismum ea bene non ingenia solum praeparare, sed etiam in ipsius Scepticismi foueam prorsus abducere ualeat.

§. XII.

Videas autem ipsum Scepticismum quandoque tam late patere, ut in dubium uocentur cuncta, proque minime ueris, infallibilibus, certisque habeantur. *Arcefilas* certe, et qui cum eo faciebant, res omnes in se incertas esse putabant: ut non magis affirmari aliquid quam negari possit; uel contra. Hinc hae illorum uoces: *ὄυ μᾶλλον τῆτο, ἢ ἐκεῖνο, ὄυδὲν ὀρίζω, σκεπτόμενος διατελῶ, παντὶ λόγῳ λόγῳ ἴσῳ ἀντίκειται*, quarum haec ab ipso *Observatore*, licet ex alia intentione, adducitur. Persuasum quippe sibi habet, Pyrrhonicos esse, qui luminis naturalis agnoscerent imbecillitatem, qui reuelationi diuinæ de nostra post lapsum ignorantia non inuita manu subscriberent, qui in uno eodemque iam commemorato principio *ὁμοθυμαδὸν* conuenirent.

Vid. VOS-
SIVS c.1.
cap. XX, §. 3.
p. 109. et in
not. p. 110.
c. 1. §. XIII,
p. 353.

§. XIII.

Interdum uero, quae particularia sunt, et modo huc modo illuc referri queunt, Scepticismus impugnat. Ac aperte quidem contra *Phyficam*, in circulis suis

fuis Pifanis praeter alios in furrexiffe *Claud. Berigardum*, quod ex principiis *Aristotelis* res Physicas ita declarat, ut perpetuo easdem ex oppositis *Anaximandri* hypothefibus impugnet; et *Sebast. Bassonem* in Philosophia fua aduerfus Aristotelem naturali, inter eruditos fatis conftat. Certe *Gaffendum*, *Bernerium*, aliosque ad illorum quoque claffem refert *PETRVS* de *VILLEMANT*. In Moralibus autem ii Scepticos agere creduntur, qui uel cum *Pyrrhonis* difcipulis summam hominis felicitatem in εἰρησὴν conftituunt, uel ius naturae, turpifque et honefti difcrimen, quemadmodum hoc ipfum *Pyrrho* ipfe, *Cyrenaici*, auctore *Ariflippo*, et *Carneades* fecerunt, tollunt, uel ut *Epicurus*, honeftum ex folo utili metiuntur, uel exemplo *Aristotelis*, et, qui eum fecutus eft, *Hugonis Grotii*, in moralibus difciplinis certitudinem inueniri negant, uel honeftatis fontem fecundum *Aristotelem*, *Alexandrum* Aphrodisienfem, *Euflatium*, *Ciceronem*, *Senecam*, aliosque ex confenfu institutisue gentium accerfunt, uel ex mente *Scholasticorum*, quorum non paruus numerus eft atque multitudo, recte fieri aiunt quaecunq; ex probabili opinione fiunt, et reliqua.

Vid. DD.
ENGELKE-
NIVS c. 1.

de Scept. de-
cell.
Vid. DD.
BVDDEVS
Exercitat.
Hiftor. Phi-
lof. §. 8, 9,
fcqq. quae in-
ferta eft An-
nal. Hiftor.
Phil.

§. XIV.

Hoc unum maxime reftare uidetur, ut in finem Scepticifini inquiramus, et eundem uel tribus, quod aiunt, indicemus. Equidem *Obferuatoris* nutu atque arbitrio fi res gereretur, nescio in quo caufa eiusdem finalis conftitueretur. Nolo id urgere, quod iam
mens

c. l. p. 343
367.

mens eius, ubi de Scepticismo *Salomonis* agit, perspici fatis, et cognosci queat. Hoc tantum dico, quod in sermone, aduersus mentis medicinae Scriptorem prolixissime instituto, praeclare nimis atque magnifice de execrabili hac bonarum artium peste sentiat. Sed aliter fieri non potuit, siquidem id egit *Observator*, ut egregiis scilicet *Vayerii* et *Sexti Empirici* dictis delectari uoluerit, quorum ille ad alios Scepticismum commendandum, ut uel ex Gallicis ipsius sermonibus, ab *Observatore* adductis, colligere datur, natus factusque esse uidetur, hic uero aperte Scepticismi finem imperturbatum mentis statum dixit. Nostro qualicumque iudicio hic omnium conuenientissimus finis uidetur, qui ueritatis corruptio et oppressio partim, partim aliorum offensio ac seductio statuitur. Adeo ii, qui contra omnia, etiam apertissima quaeque disputant, non possunt non ueritatem corrumpere atque opprimere, et eorum saltem, qui infirmi sunt, nec huc dum omnia perspecta habent, animos offendere aequae ac decidere.

§. XV.

Vt proinde *Scepticismus* nihil aliud sit, quam *fluctuatio animi perpetua, a Diabolo orta, et ab antiquioribus subinde et recentioribus, nunc de omnibus, nunc de Physicis et Moralibus retenta, in ueritatis corruptionem et oppressionem, atque aliorum offensionem ac seductionem.*

T A N T V M.

Ung. VI 17

ULB Halle

3


002 114 550



sb

1517 E





B.I.G.

Farbkarte #13

10 a) 1.2
D. B. V.

MONEM PTICISMO ICATVM,

AVSPICIIS
MAGNIFICENTISSIMI,
CI AVGVSTI,
RINCIPIIS REGII SAX. HERED.
ATIONE PRIORE
PRAESES
RAD BOECKMANN,
DEBVRGENSIS,

ET
RESPONDENS
PETRVS VOGT,
RGHVSA - FRANCVS,
PRIL. M D C C X.

H. L. Q. C.
AM CENSVRAM OFFERVNT.

TEMBERGAE,
RISTIANI GERDESIL

